





10197  
Q. D. B. V. 1706  
DISSE<sup>T</sup>AT<sup>O</sup> IN AVGVRALIS IVRIDICA  
DE

# APPELLATIONE NON SVSPENSIVA IN POSSESSORIO SVMMARIISSIMO occasione,

L.Vn.C. si de momentanea possessione fuerit  
*appellatum*

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,  
SERENISSIMO PRINCIP<sup>E</sup> AC DOMINO,  
**DN. PHILIPPO WILHELMO,**  
PRINC<sup>I</sup>PE BORVSSIÆ, MARCHIONE BRANDENBURGICO  
AC DUCATUS MAGDEBURGICI GUBERNATORE,&c.  
AVCTORITATE ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS  
PRÆSIDE

**DN. IO. SAMVELE STRYKIO, IC.**  
SERENISSIMAE VIDVAE SAXO-ISNACENS.  
CONSILIARIO AVLICO, PROFESS. PVBL.  
ET COLLEGII SVI h.c. DECANO  
IN ALMA FRIDERICIANA,  
*PRO LICENTIA*

Summos in vtroque IVRE honores & Priuilegia DOCTORALIA  
rite capeſſendi

Die XIX. Febr. A. MDCCVI.

In Auditorio maiori, horis ante & pomeridianis  
placide eruditorum disquisitioni ſubiicit;

**CHRISTIANVS GOTTLIEB ROITZSCH,**  
Pomſena - Miſnicus.

HALÆ MAGDEB. Literis Chr. Henckelii, Acad. Typogr.

Dr. Horbush J.

DISSERTATIO  
VIR O  
PERILLVSTRI ATQVE GENEROSISSIMO  
DOMINO,  
**DN. IO. CHRISTOPH.**  
**DE PONIKAV,**  
HAEREDITARIO A POMBSEN,  
NAVNHOFF, GROSZSCHER ET  
VVINTDOREF;  
SACR. REG. MAIEST. POLON.  
ET ELECT. SAXON. COMITI CUBICVLARIO,  
NEC NON CONSILIARIO ET CAPITVL  
WVRZENSIS PRAEFECTO,  
SPLENDIDISSIMO  
**DOMINO SVO GRATIOSISSIMO**  
DISSERTATIONEM HANC IN AVGVRALEM  
DEVOTA SUBMISSIONE  
DAT DICAT CONSECRAT.

CHRISTIANVS GOTTLIEB ROITZSCH.



## CAP. I.

### GENERALE.



N minoribus non mi-  
nus ac maioribus negotiis appell-  
andi facultas concessa est L. 20.C.  
*de Appell. & Consult.* Quippe ut ini-  
quitatem iudicantium vel impe-  
ritiam corrigat appellatio L. i. pr.  
*ff. cod.* licet nonnunquam bene-

Quare appel-  
latio intro-  
ducta.

latas sententias in peius etiam reformat. *c.L. i. pr.*

§. II. Nec iudex ex eo sibi iniuriam fieri existimabit, *Judici non*  
quod litigator ad prouocationis auxiliū conuolauerit *all.* *et ignomi-*  
*L. 20. C. de Appell.* nam quamvis nihil in iudiciis nisi iu-  
sticiam locum habere prudenter iam olim monue-  
rint Imperatores Diocletianus & Maximianus *in L. 6.*  
*§. i.C. de Appell.* & iudex eum, qui se aliquo tentet defende-  
re munimine, audire non velle, non præsumatur. *L. 2.*  
*C. de offic. Civil. Iudic.* quotidie tamen vel a legum  
imperitis vel causarum experimentum non habentibus,  
vel priuatorum curis distentis iudicibus, voluntate ma-  
gis quam legitima autoritate lites dirimente *L. 2. §. 17.*  
*C. de*

A 2

CAP. I.

4  
*C. de Vet. Iur. enuc.* vel dum ipsi nosse non valent, quid iustum sit aliunde iudicandi necessitatem emendicare.  
*Nov. 32. pr.* eoque aliorum commoda defraudare viderimus *L. 32. C. de Appell.*

Sed grauatis  
valde com-  
moda.

*Appellatio*  
duplicem ef-  
fectum habet.

Et hoc modo  
a Leuteratio-  
ne differt.

§. III. Succurrere igitur hoc modo oppressis & de causa sua pene desperantibus pro singulari ipsi a Deo iniuncta sollicitudine allaborauit legislator, concedendo inter alia iuris beneficia appellandi facultatem. Quæ licentia adeo larga est, ut appellantem in eo statu ac si nunquam sententia lata esset, conseruet, & produplici sua virtute omnes iuris effectus, quos sententia producere possit, vel prorsus extinguat, vel saltem, donec a superiori sententia reuisa, in suspenso retineat.

§. IV. Duplicem etenim appellationi tribuimus efficaciam, suspensuam alteram, alteram deuolutiuam. Nam ordinaria non solum & perpetua appellationis natura est, ut sententiam suspendat *L. 3. §. f. ff. ad SCeum Turpill. L. 32. C. de appell.* Et it. ff. nihil innou. pendent Appell. Sed etiam transfert & deuolutuit causam ab inferiore ad superiori iudicem, a Delegato ad Delegantem, illiusque sententiam, quæ forte iniqua videbatur, huius decisioni submittit *all. L. 32. §. 3. ff. de appell.* quo ipso rem in eum statum dedit, quo fuit in termino ante sententiam latam; non in eum, quo fuit ante Litis contestationem, ita ut, quæ omissa essent in primo termino, nunc in Appellationis instantia tandem deduci possent.

§. V. Inque eo & conueniunt & differunt Appellatio & Leuteratio quod utraque quidem sit remedium suspensuum, non pariter deuolutuum. Quo fit ut sicut pendente appellatione, ita etiam pendente Leuteratione nihil quicquam sit innouandum *it. ff. nihil innov. appell.*

## GENERAL.

5

appell. interp. nec sententia in rem iudicatam transeat. Verum appellatio causam a iudice, a quo appellatum fuit, ad iudicem ad quem, transfert. Leuterario econtrario coram eodem iudice & interponi & deduci solet. Quamvis ratione finis, quoad declarationem prioris sententiae, rursus utriusque effectus sit communis, atque in Leuteratione non minus ac in appellatione nondum deducta deduci valeant.

§. VI. Ut ut vero appellatio sit querela iniquitatis & praefidium innocentiae, nihilominus tamen accedentiis in primis eiusmodi aduocatis, qui litibus tanquam quatuor elementis conseruantur, per abusum asylum praebet nequitiae, occasionem protrahendi lites subministrat, vt ad extremam tandem redactus fortunam aduersarius a lite decadat desperabundus. Hinc consuetudine iam inueterata haec appellandi licentia certo modo restricta fuit, ita vt in causis nonnullis vel plane, vel certo saltim respectu, interdicta & prohibita sit appellatio; maxime in causis vbi omnia celeriter sine cunctatione aliqua, mora vel dilatione tractari debent, ne scilicet quandoque causa per se summaria vertatur in ordinariam. vid. Recess. Imp. de Anno 1530. §. item als 15iger zeith. 2c. Porro in causis, vbi utilitas publica maturationem earum requirit. Sic in causis Inquisitorii, item, ne testamenta aperiantur, vel ne heres in possessionem mittatur L. ult ff. de Appell. recip. vel non. & in aliis plurimis, quae latius recententur in tit. C. quorum Appellat. non recip. Et. penitus prohibita est appellatio, adeo vt tam iudici, cuius de interposita appellatione recipienda notio est, si eam receperit, propter ignauam, vti lex ait, conniventiam,

Nec semper  
admittitur,

A 3

quam

quam litigatori, quitam importune appellauit; virginis librarum auri multa fuerit dictata, L. & C. quor. appell. non recip.

*Aut caret quandoq; effec-  
tu suspen-  
sionis,*

S. VII. Certo vero respectu & quoad alterum effectum, suspensuum nempe, appellatio cessat, si de possessione eiusque momento causa vertatur, vbi propter instans periculum, & ne ad arma veniant partes, in momento quasi res expedienda, lataque sententia executioni demandanda, nec fatale rei iudicatae expectandum, et si appellatio interposita fuerit, per clara verba. L. & C. Si de moment. possess. fuerit appell.

*Thema dis-  
sertationis.*

S. VIII. Hanc Legem in praesenti, inaugurali Dissertatione, propter insignem ipsius in foro usum & applicationem, pro imbecillitate virium enucleandam fuscipio? Cui conatus ut Lectio benevolus faueat, ea qua pars est humanitate contendit. Textus autem ipse ita conceptis verbis se habet:

## L. VN. C. SI DE MOMENTA NEA POSSESSIONE FVERIT AP- PELLATVM

IMPPP. VALENT. THEOD. ET ARCAD.  
A. A. A. AD E SVIGNIVM P. P.

C Vm de possessione & eius mo-  
mento causa dicitur, et si ap-  
pellatio interposita fuerit, ta-  
men lata sententia fortitur effe-  
ctu*ni*

DE INSCRIPT. ET SVESRIPT. LEGIS.

Etum. Ita tamen possessionis reformationem fieri oportet, ut integra omnis proprietatis causa seruetur. Datum XIV. Calend. Decembr. Med. Honor, N. P. & Euodio Conf. 386.

CAPVT II

De

INSCRIPTIONE ET SVB-  
SCRIPTIONE LEGIS.

**R**VBRICA: si de momentanea posses-  
sione fverit APPELLATVM, quamuis De Rubrica  
imperfectum sensum nobis ob oculos sistat,  
nihilque certi disponat, nihilominus tamen singulare  
quid & exceptionem quasi a præcedentibus titulis in-  
voluerè videtur: si nimirum verba per ellipsis forsan  
omisæ: quid Iuris sit; vel: an effectum habeat appella-  
tio; suppleamus. Quemadmodum enim in præce-  
dentibus titulis, tum in genere de appellationibus, tum  
in specie de iis casibus actum fuit, vbi appellare vel non  
est necesse, vel plane prohibitum, ita in hoc titulo  
certo tantum respectu appellatio pro inadmissibili habe-  
tur, certo vero respectu etiam sortitur effectum vt  
ex subsequentibus clarius patebit.

§. II. Autores huius legis, vti ex inscriptione vi- de Autork.  
dere bus eius

dere est, fuerunt Imperatores Valentinianus Theodosius & Arcadius, Augusti, quorum originem vitam & mortem longa oratione enarrando, tanquam labore a scopo alieno, merito supersedeo. Videatur interim de Arcadii vita, ut & Legibus ab Arcadio eiusque Patre Theodosio M. latis & Codici nostro reperiatur praelectionis infertis Dn. Praeses *Disp. de Potentiore Cessionario Cap. i. §. 5. & 10.* Illud tamen silentio prætereundum haud est, quod, sicut plures Valentiniani, pluresque Theodosii in historia Romana veteri reperiuntur Imperatores fuisse, ita in præsenti lege, secundum temporis istius computationem, Valentinianus II. & Theodosius I. Magnus dictus, recte intelligentur. Arcadius vero fuit ipius Theodosii Magni, ex priore Vxore Placilla, filius natu maximus, a patre suo adhuc viuenti Consors Imperii factus. Prolixius de eorum vitis videri potest Matthias in *Theat. Hist. sub eorum nominibus.* Item Socrates *lib. 6.* aliqui Autores citati a Dn. Praefide *a. §. 5.* Vbi & *§. 24. seqq.* causas exponit, quare plurimum Imperatorum nomina quibusdam Legibus Codicis præposita reperiuntur.

Quis Eusignius fuerit.  
 §. III. Eusignium autem, ad quem hæc Imperatorum decisio directa est, fuisse Prafectum Prætorio ex adiectis litteris PP. in Codice hac significatione passim vñstatis, sufficienter liquet. Reperiuntur & aliae constitutiones in Codice ad eum directæ. v.g. in *Li.C. de offic. Magistri. Militi.* Notum enim est quod praefecti prætorio primum idem fuerint ac Magistri militum aureæ cohortibus, ad gerendas res bellicas, & determinandas earum disceptationes, præpositi, successu vero temporis etiam in ciuilibus causis decidendi potestatem impe-

DE INSCRIPT. ET SVBSCRIPT. LEGIS. 9

impetraverint; adeo ut nemini licuerit ab eorum sententia prouocare *L.vn.C.de Sent. pref. Praetorio L.30.35. C. de Appell.* Conferantur hic ea quæ habet Dn. Praeses *d. diff. c. i. §.38.* Atque hoc solum de Eusignio nosse in praesenti sufficiat, cum de origine eius vita aut rebus gestis specialiora non habeamus, parumque hic referat, immiscere quod proprie ad sphæram huius laboris non pertinet.

§. IV. Tandem, vt ab externis legem penitus e-nucleemus, subscriptionem quoque intueamur, quæta-  
lis est; DATVM XIV. CALEND. DECEMBER. M E D.  
HONOR. N.P. ET EVODIO CONSS. i.e. Datum die  
duo de vigesimo octobr. Mediolani Honorio N. P. &  
Euodio Consulibus. Moris scilicet erat, & sanctum a  
Iustiniano in *Nou. 47. c. i.* vt in omnibus actis, siue in  
Iudiciis siue vbi cunque ea conficiebantur, & in omnibus  
documentis qualibet forma conscriptis, præponeretur  
nomen Imperatoris subsequente Consulis appellatio-  
ne, qui in illo anno erat nec non indictione mense &  
die. Vnde est, quod hodiernum adhuc in Instrumentis  
Notariorum nomen Imperatoris & annus Regiminis  
eius præmitti soleat, quo spectat Constitutio Maximili-  
iani von denen Notarien de Anno 1512.

§. V. Locus fuit Mediolanum, vbi Imperato-  
res secundum Iacobi Gothofredi tradita subinde consti-  
ttere. Nostros ad minimum Imperatores Valentinia-  
num Theodosium & Arcadium, per integrum ferme  
annum, ibi commoratos fuisse. ex tam multis, quas me-  
moratus Gothofredus recenseret, Mediolani promulgatis,  
constitutionibus colligi potest.

§. VI. Circa Consules subscriptos illud adhuc no-  
tatu

De Consuli-  
bus adiectis.

B

tatu dignum putaui, quod eorum subscriptio adeo necessaria fuerit, ut nullum a Principe imperatum beneficium & rescriptum sine die & consule auctoritatem habuerit *Sect. L. 4. C. de diues rescript.* non obstante, quod Leges & Constitutiones *L. vn. §. 2. C. de nou. Cod. fac. & instrumenta,* quibus pignus constituitur, *L. 34. §. 2. ff. de Pign.* sine die & consule valorem habuerint, cum in his periculum obreptionis, cui priuilegia subiacent, penitus cesseret, & ordo temporum in constitutionibus ex ipsa compositione clarescat.

*De Numero  
adiecto.*

*§. VII.* Adiectus etiam in editione nostri Codicis subscriptioni in fine est numerus 386. Quales tamen numeros nondū eo tempore quo Lex prodiit, sed postea demum priuato cuiusdam Icti, forte Dionysii Gothofredi industria adiectos esse, probat Dn. Praefes *d. Diff. cap. 2. §. II.* Vbi & in antecedentibus plura in genere desubscriptionibus Legum Codicis tradit, quæ ad intellectum subscriptionis Legis nostræ non parum faciunt, quo le-

orem breuitatis studio remitto.

## C A P. III.

De

VERBIS, SENSV, RATIONE,  
VSV ET APPLICATIONE  
LEGIS.*Ingressus,*

**D**Extracta larua Legis externa, intrinsecam eius faciem, quæstionem tota die in praxi frequentatam, an nimirum in possessorio momentaneo a sententia lata appellare liceat, nobis proponentem, accuratus nunc secundum phraseologias notabiliores, simul &

& sensum, mentem, usum & applicationem, consideremus.

§. II. Primo loco in textu nostro occurunt verbaba: CVM DE POSSESSIONE ET EIVS MOMENTO & sensum, mentem, usum & applicationem, consideremus. Quæ verba quantum actum possessionis quendam potius intelligere, quam iudicium possessorium qualificare videantur, nihilominus tamen cum effectu hoc loco sunt accipienda, ita ut quemadmodum appellacionem de possessione interpositam esse mente concipere non possum, nisi presupponam item antea super ea motam & iudicium possessorium institutum fuisse, sic quoque hoc loco non tam actum possessionis, quam iudicium possessorium momentaneum intelligendum esse, ex circumstantiis colligere licet; maxime cum verba sequentia, *causa dicitur*, quæ idem significant ac sententia fertur, & ipse contextus Legis eiusmodi actum iudiciale, vbi de possessione lis mota fuit, sponte presupponant.

§. III. Quid autem iudicium possessorium momentum proprie sit, & unde dicatur, ex subsequentibus patebit clarius. Nouimus enim in genere de iudicio, quod sit legitima causæ controversæ coram iudice tractatio, & quod frequentissima & vulgatissima eius diuisio sit a causa materiali, in iudicium petitorum, vbi de proprietate vel iure rei, vel corporalis vel incorporalis, disceptatur, & possessorium, vbi, remota omni proprietate & iure, tantum de possessione, vel vera, i.e. rerum corporalium, vel quasi, i.e. rerum incorporalium, cœla tractatur.

§. IV. Hoc iterum diuidi solet communiter in ordinarium & summarium. Verum cum omnis possessorium iterum vel summarium, fo-

**& summaris.  
sumum seu  
momenta-  
num.** forius Processus per se sit summarius, & ita quasi contradic<sup>tio</sup> esset in voce Ordinarius, accuratius iudicium possessorum diuidi potest in *summarium* in specie sicut dictum, vbi consuetus procedenti ordo scil. libelli oblatio, responsio *Erlaßung* und *Antwort* demonstratio & contra-demonstratio rite quidem sed non solenniter obseruatur, & *summarissimum*, quod alio nomine *momentaneum* appellatur, vbi absque omni ordine & figura summarie & celeriter, facta saltim aliqua iudicis informatione, proceditur. *L. I. C. Si per vim & alio mod. absentis perturb. sit possessio L. 14. C. de Agri.*

**Quæ diuisio  
vñ fori com-  
probatur.**

*S. V. Non omnibus quidem possessori iudicij subdivisio ad palatum est, tum quia in iure nullibi fundata, tum quod condemnatus in possessorio summarissimo seu momentaneo, nunquam vel raro ad summarium possessorium seu Ordinarium, ut vulgo dicitur, configere soleat, cum ipsi pateat petitorum, quod paribus sumtibus & pleniorre effectu suscipere & tandem aliquando ex eo certissimum litis terminum sperare potest. Verum licet expressis verbis hæc diuisio in iure non reperiatur, & licet rarius quidem pars aduersa ad ordinarium possessorum conuolare soleat, in foro tamen per praxin & obseruantiam secundum communem pronunciandi formulam: daß Kläg. bey seiner possessione præsentanea vel quasi so lange bis Befl. in possessorio ordinario oder peritorio etn anders aus geführet zu schügen x. non solum est comprobata hæc diuisio, & ab auroribus communiter recepta, sed etiam non plane absque omni utilitate atque effectu in arbitrio partis relicta est. Cum enim in peritorio victorem frustratum s<sup>e</sup>p<sup>i</sup>us spe executionis nouo quodam litigio implicata non raro susce-*

fusceptæ litis peniteat, possessor contra iam in manibus habet, vel absque omni tamen temporis iactura & interuallo impetrat, quod alias in petitorio durissima methodo extorquendum esset; vt taceam auctorem titulo vel probationibus pro obtinendo dominio destitutum multo feliciore via in possessorio ordinario, in quo nemo suæ possessionis titulum allegare tenetur, *L. ii. C. de petit hered.* & qualis qualis probatio sufficiens est, progreedi posse, quam in petitorio. Singulariter enim in hoc iudicio receptum est, vt sufficiant semiplenae probationes; Andr. Rauchb. *P. 2. qu. 6. n. 64.* Carpz. *L. i. R. XL. num. 1.* quia satis esse, inquit, in hoc iudicio aliqualiter informari ludicem de iure partium, quibus semiplena probatio nunquam praetudicare potest in possessorio plenario, cuius preparatorium dicitur possessorium summarissimum; Injuratis insuper testibus fides habenda, quoties vis armorum, aut alterius periculi metus subest, cessante vero eiusmodi metu vnius ad minimum testis iurati depositio requiritur, eaque pro conservanda possessione presentanea sufficit non solum iure Saxon. in *Nou. Decis. Elec. Sax.* ibique Philipp. sed & Ciuali, utpote secundum quod semiplena saltem probationes in hoc iudicio requiruntur, ut alias in ordinario & petitorio iudicio vnius testis testimonium haud sufficiat *L. 9. C. de Testib.* Nec peculiariter ut testimoni depositiones publicentur opus est, multo minus disputatoriae positiones requiruntur, ne hoc modo contra naturam huius iudicij lis portrahatur. Tum tamen contra testes excipere licere, si damnum inferatur irreparabile, existimamus cum Carpz. *I. c. num. 14.* Grævio ad *Gail. L. 1. Concl. 1. Consid. 1. n. 3. 4. 5.* Quinimo nonnunquam etiam

## CAP. III.

iam in hoc summarissimo possessorio, si prouocatus, (Implorat) testium rotulos pro demonstarda ac deducenda sua possessione praesentanea producat, prouocanti prius responsio ad productos rotulos reseruatur ipsique simul remonstratio iniungitur. Ita enim in causa Christian Leyers nachgelassenen Kinder Vormunden, &c. contra Johann Friedrich Gleditschen Bekl. a Dnis Scabin. Lips. Senatui Lips. respondebatur M. Ian. 1703. Das Kläger seines beschéhenen vorwendens ungeachtet auf die fol. 29. & 33. befindl. Rotulos sich einzulassen / sowohl mit seiner gegen Bescheinigung/ dafern er der gleichen zu führen gemeinet / in Sachs. Frist einzukommen schuldig worauf / welcher thell bey der possessione praesentanea zu schützen/ ferner ergehet / was recht ist.

*Quod dum  
vita fori con-  
probatur.*

Commodum possessorii summarissimi.

§. VI. Et quamvis in hoc iudicio non dominium & proprietatem acquirant, possessionem tamen litigantes reportant, eoque id lucrantur, vt vel aduersarius timidus factus peritorum, plurimis difficultatibus & diuturnis probationibus implicatum, non facile intentare audeat, vel si etiam intentauerit, possessor interim re possessa vtatur fruatur, fructusque, quia Pratore autore possidet, ideoque pro bonae fidei possessore habetur, suos faciat, §. 35. I. de R. D. L. 48. pr. ff. de acquir. rer. Dom. L. C. de pet. hered. atque sic plus juris habeat sin retinendo, quam actor in agendo, Sec. L. 2. ff. uti possidetis. Quinimo etsi etiam deinde in petitorio causam amittat possessor, nihilominus tamen intuitu possessionis non temere litigasse, sed iustum habuisse causam præsumitur, indeque a restitutione expensarum liberatur.

*Quod mo-  
mentaneum  
mentaneum  
vocatur.*

§. VII. Appellatur autem iudicium hoc possessorium summarissimi.

summarisimum alio nomine, ut supra dictum est, momentaneum, ab obiecto scil. possessione momentanea. vid. Gail. l. 1. obs. 6. §. 7. Menoch. Remed. recuperand. poss. in pret. n. 32.

§. VIII. Diuersa alias significatione vocabulum Momentum in iure nostro occurrit, & significat quandoque vim atque valorem, v. g. cum dicitur actus aliquis nullius esse momenti i.e. nullius valoris, ut in L. 8. §. 12. ff. de transa Et. L. 32. §. 14. ff. de donat. inter Vir. Et. vxor. L. 22. ff. quod metus caus. Quandoque sumitur pro occasione & aplitude v. g. cum in L. 3. C. de Fer. dicitur, quod die solis agrorum culturæ libere licenterque inferire liceat, ne occasione momenti pereat commoditas cœlesti prouisione concessa. Interdum significat singulare aliquod temporis punctum, quod breuisimo & indiuisibili tempore constat, sic ususfructus dicitur momentaneus L. vlt. §. vlt C. de bon. que. lib. sic quod filius familiæ acquirit, ne momento quidem in eius persona subsistere, sed confessim patri acquireti dicitur. L. 79. ff. de acquir. vel omitt. hered. Interdum etiam pro latiore temporis spatio, perceptibili quidem, nihilom nus tamen breuisimo accipitur. In qua hac significatione etiam possessionem momentaneam appellare plurimi Dd. consueuerunt, non quidem ac si momentum seu momentaneitas possessioni ita insit, ut per se & sua natura talis sit, & per momentum saltem penes aliquem duret, sed per accidentantum taliter esse dicunt; tum quod in momento debeat expirdi, si de eius retentione controvartatur, tum etiam quod victori non nisi cum formidine repetitionis assigetur possessio, & facile iterum euelli possit in per-

Diuersa accep-  
to momenti  
meni in  
iure

torio.

torio. Quemadmodum alias eiusmodi locutiones in iure obueniunt, quæ quidem ipsum actum regulariter inuoluunt & tamen de aptitudine saltem, vel de eo quod facile contingere potest, intelligendæ sunt v.g. quum aqua dicitur quotidiana, licet quotidie non fluat, lict aliquando exaruerit. L. i. §. 2. ff. de Aqu. quotid. & eft. Vel flumen perenne

*Quo sensu  
hic veniat,*

§. IX. Verum, hac interpretatione admissa, nulla differentia esset inter possessorum ordinarium & momentaneum, cum omni possessioni indistincte insit eiusmodi momentanea qualitas, vt facile rursus in petitiorio reformari possit. Optimum igitur est, vt per momentum intelligamus illud quod in præsenti est, & per possessionem momentaneam eiusmodi possessionem, quæ præsens momentum respicit, i.e. quando quis de præsenti adhuc possidet, sed turbatus est in sua possessione, unde est quod in foro sèpius pronunciaris soleat. *Dafz kläg. bey seiner possessione præsentanea bisz bekl. ic. zu schützen.* Quid quod in hac significacione momentum in iure etiam accipiatur, quando temporis computatio naturalis instituitur. Hoc certum est, illam derivationem, quod causa momentanea dicatur, quia modici peæiudicij sit, quæ de facili in petitiorio reparari possit, quam videtur approbare Martini *ad Proc. Sax. Rubr. num. 25.* omni fundamento destitui. Interim nolumus contra Gerhardum Pfankuchi hanc denominationem processus summarissimi, quam ipse impugnat, *tract. de Possessor. Summarissimo l.l. c.t. n. 5.* acriter defendere, cum propter corruptos mores nostros hæ causæ momentaneæ hodie fere perpetuæ & immortales fiant. Interim nos commonefacere ipsum hoc nomen

nomen potest debere talem processum esse momentaneum.

§. X. Hinc differt etiam possessorium momentaneum ab ordinario. 1) ratione obiecti, ita ut in ordinario seu summario antiquioris saltem possessionis habatur ratio, utrum nimirum inter litigantes antiquorem possessionem habeat, vel utrum inter eos vi, clam, precario, ~~Wittweise~~ vel generativum saltem ~~weniger~~  
~~denn mit recht~~ possideat. In summarissimo vero seu momentaneo solum recentioris & praesentaneæ possessionis factum disquiratur, neque rationes, neque ius, neque modus possessionis, neque tempus præteritum discussatur, sed ubi parum interest, iuste quis an iniuste possideat. 2) Differt fundamento, ordinarium enim possessorium plenariam deiectionem de possessione pro fundamento habet. Econtrario summarissimum in nuda turbatione ~~Eingriff~~ se fundat, ubi quis in possessione quidem adhuc est, sed turbatus pro ea quiete obtinenda laborat, siue haec turbatio realis sit, sibi verbalis. Nam si verbis etiam quis alterius possessionem impugnet accidentibus præprimis minis, ita ut nullo modo securus, singulis momentis effectum minarum cum imitu & violentia aduersarii metuere necesse habeat, possessor eum præter actionem iniuriarum in factum actione pro retinenda tuto possessione conueniri posse, nemo negabit. Differt 3) etiam modo procedendi, nam ubi in ordinario possessorio, ut supra dictum est, libelli oblatio responsio rei, demonstratio & redemonstratio admittitur, in summarissimo tumultuarie quasi proceditur, facta saltem iudici notificatione aliqua & informatione, ita ut probationibus certus terminus non

Quomodo  
differat mo-  
mentaneum  
possessorium  
ab ordinario.

C

præ-

præfigatur, sed testium rotuli, siue a iudice siue a Notario confecti, simul cum libello offerantur. Et quamvis regulariter a reo in hoc processu reprobatio vel contra demonstratio expectanda non sit, nihilominus tamen ea penitus præcludendus non est, modo eam primo terminao simul offerat. Conferatur de natura momentanei processus & quomodo ab ordinario differat Pfanzl kuch d. tract. b. 1. c. 3. Klock. de Contribut. c. 19. n. 80. seqq. Rauchbar. l. 2. qu. 6. num. 61 seqq.

Olim interdictis agebar, quid hodie?

De Inhibitionibus hodiernis.

§. XI. Solebant autem olim momentanea de possessione disceptantes mediantibus interdictis, quæ certis formulis atque conceptionibus verborum peragebantur §. 1. I. de Interd. sibi consulere. Quorum in locum hodie, vel actione infactum, vel inhibitorio processu, uti solemus. Illa in inferioribus præprimis iudicis proceditur; Inhibitiones vero in Curiis prouincialibus tantum decernuntur. In inferioribus tamen iudicis per præcepta penalia loco inhibitionum coercere aduentantes non infrequens est.

§. XII. Origine in inhibitionum non tam iuri scripto, quam in oribus iam inueteratis, adscribere possumus. Etfi eas accuratius consideramus, magnam convenientiam habere videntur, cum ipsis interdictis iure veteri Romano visitatis, vt ratione formalium non parum ab illis differant. Sunt enim inhibitiones, non minus ac interdicta, mandata superioris curiae, sicut olim prætoris erant, pro obiecto tantum possessionem momentaneam litigiosam habentia & tandem ad eundem effectum nempe conservationem possessionis præsentanæ collimantia. Quamvis negandum non sit, quod etiam quandoque interdicta catulam proprietatis continant

neant: L. 2. §. 2. ff. de Interd. Contra, quemadmodum illa certis in formulis consistebant, certisque solennitatibus quarum vestigia in Ciceronis operibus adhuc reperiuntur peragebantur, ita in his eiusmodi ambagibus opus non est, sed praevia imploratione partis & facta summa-  
ria iudicis informatione & probatione inhibendo alteri,  
ne vterius turbet alterum qui melius possidet, ipsique  
possessionem turbatam cum omnibus damnis & inter-  
esse restituat, Curiæ Provinciales Saxonicae procedere,  
simulque terminum præfigere, atque inhibitum, ut ve-  
niat & iustificet, non inhibitionem vt vulgo inepte  
creditur, sed facta sua iuraque sua vterius deducat, ci-  
tare solent: hisce formalibus:

Demnach inhibire und befehle an statt höchstgedachten meis  
nes Allergnädigsten Herrn ich euch hiermit / und bey pœn 50.  
Goldgulden Rheinisch das bey der gütlichen Ver-  
hör beschhehenen Vorwendens ungaechtet also fort nach Bew-  
lesung dieses Kläg, bey gehöriger Possess dieser N. N. Freyheit  
lasset / und caution die non amplius turbando benebst Erstat-  
tung aller verursachten Schaden und Unkosten bestellet/ auch sol-  
ches nicht anders haltet/ bey Vermeidung angeregter straffe im  
fall eures nicht gehorsams von euch unmachlich einzubringen.  
Daran geschiehet ic. Wäre aber auf sonderbahren allergnädig-  
sten befehl solches von euch vorgenommen/ so wollet euch diese  
inhibition nicht iren lassen / sondern euch eures Besuchnusses  
hierinnen gebühlich gebrauchen/ und im fall ihr hierzu uhrsa-  
chen/wie gemeldet zu haben vermeinet/dieselben den N. N. wel-  
chen Dag ich euch hierin peremptorie ernenne/denen verordne-  
ten Besuchern und mir zu N. N. früher Tageszeit anbringen/ alda  
erstlich gütliche Verhör/handlung und bescheids/ gewärtig seyn/  
da aber solches nicht statt finde/ die Uhrsachen nach Hoffgerichts-  
brauch mit Rechtlichen Sägen einbringen und benebst Klägers  
fernern Gegennothurft Erklärun des Rechten gewarten. Mit  
Verwarnung ihr erscheinet. ic.

Quomodo  
hodie proce-  
datur in inhibi-  
tionibus?

§. XIII. Absit tamen aliquem existimare in Inhibitionibus processum neglecta omni causæ cognitione ab excutione inchoari , suisque defensionibus partem inauditam condemnari, præterquam enim quod prævio prius monitorio. Als befahlen an statt des Allerdurchlauchtigsten v. Wir euch hiemit; Ihr wollet Kläg. gebührend flagioß machen / und euch gegen denselben also bezeigen / wie es im Stande des Rechten zuverantworten / wäre es aber um diese Sache anders beschaffen / uns dessen binnen g. tagen in schriften berichten / damit wir Kläg. auf sein ferneres anhalten mit gebührenden Beschelde möchten zu versehen haben / & subsecuro subinde excitatorio, Curia non nisi parte aduersa ad minimum summariter in scriptis durch einen bericht audita , & cause cognitione super possessione litigiosa instituta inhibitionem decernat; eo ipso etiam quod per verba: wäre aber auf sonderbahren allergnädigsten befahl solches von euch vorgenommen / so wollet euch diese inhibition nicht irren lassen / & per clausulam iustificatoriam, qua utriusque partis iura tam in petitorio quam in possessorio ordinario salua atque integra reseruantur, iuste possidentis conditio magis conseruatur, quam debilitatur.

Differit hæc  
ab illa inhibi-  
tione, quæ sit  
a superiori  
ad quem ap-  
pellatum.

§. XIV. Longe vero ab hac inhibitione differt ea, qua iudex superior, recepta appellatione coram inferiore interposita, huius iurisdictionem suspendendo inhibet, ne vterius in causa procedat, quæ his formulis concipitur: Nachdem N.N. in Sachen ihn Befl. an einem contra N.N. Kläg. andern theils betreffend / durch das tungsthin am N. N. publicirte leute-  
rungs Urtheil beschwehret zu seyn / vermeidend an-

heto

hero appellaret / wir auch solche Appellation in quantum de iure zu gebührender Rechtfertigung angenommen. Als befehlen an statt des allerdurchl. rc. daß ihr in dieser Sache ferner nicht versahret / urtheilet oder exequiret / sondern dieselbe vor uns oder wohin wir sie weisen werden / ihren rechtl. Auspruch und erörterung nehmen lasset. Denn da gleich von euch etwas darüber fürgenommen würde / soll dasselbe nichtig / kraftlos und unbündig auch dem appellirenden Theile an seinen Rechten unschädlich seyn. rc.

Daran geschiehet rc.

### Oberhoffrichter und Beyfitzer.

§. XV. Præterea extra controuersiam est, quod inhibitiones tantum in causis civilibus nequaquam in criminalibus , in quibus Curiis Prouincialibus nulla cognitio competit , locum habeant; Cum inquisitiones sive cause criminales non tam tumultuarie tractandæ sint: & quemadmodum iudex in civilibus officium suum non nisi imploratus impetrare debet L. 4. §. 8. ff. de damn. infert. Ita quoque instantiam partis tanquam necessarium requisitum inhibitiones præcedere necesse est; Quod si vero duo contendant de possessione, neuter tamen eorum actoris partes & probandi onus in se suscipere velit, iudicem etiam absque imploratione præcedente ob bonum publicum ne ad arma veniant partes officium suum interponere posse, nullus dubito.

In quibus  
causis locum  
habeat inh-  
ibitiones.

§. XVI. Cetera qui nosse cupit requisita decernendarum inhibitionum adeat Dn. Carpz. *Dissert. de inhibitionibus* qui prolixius earum naturam secundum originem formam & effectum demonstrat.

C 3

§. XVII.

Quæstio  
principis, an  
Appellatio  
permitta in  
summarissi-  
mo Possesso-

Sententia il-  
lorum qui  
plane non  
admittrunt  
Appellatio-  
ne.

Eiusdem sen-  
tentiae ratio-  
ne.

§. XVII. Ita erga exposita natura possessorii sum-  
mariissimi seu momentanei, nunc principalis quæstio fa-  
cilius decidi potest, an scilicet in hoc summarissimo ap-  
pellare liceat? Respondent Imperatores in nostra  
lege, et si appellatum fuerit, nihilominus tamen sen-  
tentiam latam effectum sortiri, victo vero quæstionem  
proprietas reseruari debere. Cum autem effectum  
sortiri sententiam, nihil aliud sit, quam quod executioni  
mandari debeat, inde principalis quæstio est, an non in  
possessorio summarissimo omnino reiicienda sit Ap-  
pellatio? In cuius resolutione cum non conueniant Do-  
ctores, necessum est, ut vtriusque partis rationes paulo  
accuratius examinentur.

§. XIX. Et primo quidem fistimus sententiam  
illorum, qui in possessorio summarissimo plane appelle-  
tationem non admitti debere afferunt. Quorum cau-  
sam præcipue agit Gerhard. Pfankuch in tract. de Sum-  
mariissimo Possessorio l. 2. c. 18. num. 20. seqq. vbi n. 21. ingen-  
gentem Doctorum numerum pro sua sententia adducit.  
Addatur Sigismundus Scaccia tr. de Appell. qu. 17. lim. 6.  
membr. 2. n. 2. 3.

§. XIX. Cum vero auctoritatibus pugnare non  
deceat, potiores huius sententiae rationes hic repetere  
non abs re esse existimo. Ait Gerhard. Pfankuch.  
d. f. fere nullam solidam rationem adserit; quæ tamen ab  
aliis adserri solent, hæ sunt. Obstare (1) legem nostram  
vnicanam, vbi generaliter dicitur sententiam latam, et si ap-  
pellatum fuerit executioni mandandam esse. (2) Quod  
beneficio celeritatis inuentum est non debere subiici in-  
juriis tarditatis, vt loquitur Rittershus. lib. 5. Diff. Iur. c. 25.  
verbis defumtis ex L. 22. Cod. Theod. Quorum App. non recip.  
Pos.

Possessionis autem causam celeriter, sine villa cunctatio-  
ne mora vel dilatione, & quasi in momento expediri de-  
bere, ergo remota omni appellatione. Quinimo (3) in  
causis momentaneis ita non determinari causam, ut no[n]  
in petitorio integra proprietatis quæstio seruetur, vt ad-  
eo per sententiam in possessorio latam minus quis gra-  
uetur. Rauchb. P. 2. qu. 6. n. 2. seqq. & n. 23. seqq. Et cum  
(4) in possessorio summarissimo saepe meritus subsit, ne  
partes ad arma interim, pendente appellatione, veniant,  
sententiam quam celerrime executioni mandandam es-  
se. Imo vrgent (5) sententiam in possessorio latam fal-  
tim pro interlocutoria habendam esse, quia principale  
negotium reseruatur ad petitorium, sed ab interlocu-  
toria non licet iure ciuili appellare. L. vlt. C. de Sent., &  
interloc. omn. ind. Tandem (6) ad praxin Cameræ Im-  
periū prouocant.

§. XX. Ab his autem alii iterum recedunt & ap-  
pellationem etiam in summarissimo processu admittunt,  
verum non absolute. Notum enim est Appellationis du-  
plicem effectum esse; alter enim *suspensus* est, quo su-  
spendit sententiam a viribus rei iudicatae & impedit quo  
minus executioni mandari possit; alter *deuolutius*, quo  
deuoluit causam ab inferiore iudice ad superiore, vt  
hic sententiam priorem reformet & corrigat. Ad-  
mittunt ergo appellationem non quoad effectum su-  
sensium, ita vt non obstante appellatione in hoc  
summarissimo possessorio, sententia tamen executioni  
mandari possit, sed quoad effectum deuolutiorum, vt  
non obstante cautione ipsa causa ad superiorem deuol-  
ui & iustitia sententiae illi examinanda committi posset.  
Cuius sententiae sunt Fachin, Controu. l. 1. c. 73. Mysing.

Cent.

Sententia il-  
lorum qui  
admittunt  
quoad effec-  
tum devo-  
lutiuum non  
sensuum

24 CAP. III. DE

Cent 6. obsf. 13. Dn.Berger in Elec<sup>t</sup>. Processus possessori<sup>i</sup> §.36.  
aliique magno numero adducti a Gerhardo Pfankuch.  
d.c.18. num.94.

Quia appre-  
probatur &  
defenditur  
ex iure, non  
Canonico.

§. XXI. Hæc vero vltima sententia nobis etiam  
verior videtur, cum & iure & ratione nitatur. Quod  
ius attinet, hic quidem abstrahimus a iure Canonico;  
hoc enim cum magis consideret æquitatem quam rigo-  
rem, magisque cupiat aduersus iudicis iniquitatem par-  
tem aduersam conseruari, hinc appellationem, tanquam  
speciem defensionis & præsidium in nocentiæ, quoad v-  
trumque effectum, tam suspensuum quam deuolutiu-  
um, admittit cap. 10. & 15. X. de restituit. Spoliat. cap. 2. X.  
ut lite contestata Clement. vn. de caus. posses, & propriet.  
Clement. vn. de Sequeſt. vid. Couarruu. Tom. 2. tract. quast.  
c. 23. n. 8. Decian.vol. 3. Conf. 37. n. 40. Quamvis & hic  
alii dissentiant vid. Klock. de Contribut. c. 19. n. 127.

§. XXII. Nos autem tantum ex iure ciuili sen-  
tentiam nostram adstruimus, quamvis ius canonicum  
eatenu nobis suffrageretur, quod appellationem ad-  
mittat vtroque effectu, & ficeret effectu deuolutiuo  
Iure ciuili autem sententiam nostram, non modo ideo  
probari dicimus, quod appellationem in genere tan-  
quam beneficium commune omnibus sententia gra-  
uatis concedat, sed in specie existimamus decisionem  
ex ipsa nostra L. Vnica sumi posse, si modo ille textus  
plenus restituatur. Evidem in nostro codice tan-  
tum hæc verba reperiuntur: et si appellatio interposta  
fuerit, tamen lata sententia fortiter effectum. Verunt  
hic deficiunt quædam verba, quæ tamen reperiuntur  
in codice Theodosiano, vnde hæc lex de sumta; ibi  
enim immediate adiicitur: atque ita demum ad nostram  
scien-

Explicatur L.  
Vnic. C. si de  
Moment.  
poss.

*scientiam reseratur.* His ergo cum prioribus continetis, nihil puto apertius & clarius esse posse, quam hoc, debere quidem sententiam, non obstante appellatione, effectum sortiri & executioni mandari, sed postea causam ad scientiam Imperatorum referri. Hoc vero est quod diximus appellationem non habere vim suspensiuam in his causis, sed tamen vim deuolutiuam.

§. XXIII. Verum hic forte nobis quis obiiceret, ex Codice Theodosiano, qui nullius hodie auctoritatis est, frustra peti decisionem, imo nos ita incurrere censuram Iustiniani, qui in *Conf. tanta de Conf. Digest.* §. 19. quæ est L. 2. C. de V.I.E. sub pena criminis falsi prohibuit, eiusmodi libros, ex quibus ius nostrum compilatum, pro decisione causarum allegare. At enim uero nos hic non decisionem petimus ex Codice Theodosiano, sed tan- tum verborum explicationem, sed vnde verba commo- dius explicari possunt, quam si ad fontes, vnde desumptæ leges sunt, recurramus? Aliud esset, si decisionem pete- remus ex Codice Theodosiano contra ea quæ in Codice repetitæ prælectionis constituta postmo- dum sunt. Verum hic optime conspirat uterque Codex, & vñstantiu[m] alterius mentem declarat. Vid. Dn. Berger in *Elecl. Proc. possessorij cit.* §. 36. vbi pariter le- gem nostram vnicam ex Codice Theodosiano supplet. Addatur Exc. Dn. Frid. Strykius in *Diss. Inaugur. de Decreto Interimistico c. 5. n. 14.* Vnde etiam corruunt quæ Doctores satis contorte ad textum nostrum respondent cum Accursio & Dionysio Gothofredo ad d. L. vlt. agi ibidem de possessione ablata & turbata, siue de iudicio spolii & interdicto vnde vi momentaneo, cuius vsum ho- die obsoletum esse, asserit Gerhard. Pfankuch d. c. 18. n. 69. Quando ergo dicitur possessio illata reformari, vt in-

Dubium  
contra hanc  
explicatio-  
nem remoue-  
tur.

D                      tegra

26 CAP. III. VERBIS, SENSU,  
regra proprietatis causa seruetur, hanc reformationem  
non ad secundam appellationis instantiam trahendam  
esse: Nam si in hoc textu agitur de possessione turbata,  
vti; ille ad summariissimum pertinet, quid quod de ab-  
lata possessione quandoq; pariter agatur in summariissi-  
mo, veluti si quis vi deiectus aut spoliatus sit, & statim de  
recuperanda possessione agatur, nam & hic considera-  
tur ultimum possessionis momentum, quo deiectus est,  
nec ad iustitiam possessionis, quod in ordinario seu sum-  
mario fieri solet, respicitur L. 14. ff. de Vi & Vi armata. Si  
vero post executionem res ad scientiam superioris refe-  
renda, vtique causa ad secundam, coram superiori iudi-  
ce, instantiam deuoluitur.

Nostra sen-  
tentia ratio-  
nibus etiam  
confirmatur.

§. XXIV. Neque vero tantum iure, sed & ratione  
& summa æquitate nititur sententia nostra, vt sic merito  
præ altera amplectenda sit. Militat enim pro admitten-  
da appellatione primo generalis fauor eiusdem, cum  
instar defensionis sit, quæ nemini, in vlo processu, nec  
diabolo deneganda, vt loquuntur Doctores & in specie  
Gerhard. Pfankuch d.c. 18. n. 77. qui tamen alias a no-  
bis dissentit. Cur ergo illa non admittenda esset etiam  
in summariissimo. Neque processus summariissimus  
eo ipso ultra modum extenditur, cum interim sententia  
executioni mandetur, & appellatio tantum ipsam cau-  
sam deuoluat ad superiorem. Potest etiam hic forte  
iniusta esse sententia in summariissimo lata; iniquum ita-  
que erit non audire grauarum. Siquidem sœpe actori  
in possessorio ordinario & petitorio non ius, sed proba-  
tio deficit, vt ita eius quam maxime interfici, iustitiam  
summariissimi possessori non leuiter, sed plene ac suffi-  
cienter, quamvis non pleno & prolixo processu, tractari.  
Nihil etiam præiudicium infertur alteri pro quo sententia

in

in summariisimo lata, quia hæc interim executioni mandatur. Ut adeo iure meritoque appellatio quoad effectum deuolutuum sit admittenda.

§. XXV. His ita fundamenti causa positis, facilis Rationibus est ad argumenta & rationes aduersæ partis responsio. Quod enim (1) ex nostra L. vn, formant argumentum ex iis quæ §. XXII. & XXIII. allata corruit. Neque generalitas textus hic tantopere vrgeri potest, etiam si forte illa verba quæ ex Cod. Theod. substituimus assūmē nollent aduersarii. Quando enim appellare quis prohibetur in iure, communiter intelligitur appellatio quoad omnes quidem effectus, principaliter tamen quæ effectum suspensium. Nam hæc maxima vis appellationis est, vt suspendat sententiam ab executione. Iam vero si tantum quoad effectum deuolutuum admittatur appellatio, sententia executioni interim mandatur. Fuit itaque haud dubie ratio L. vn, quare appellatio admitti non debeat, ne sc. sententia vis hoc prætextu suspendatur, quodsi ergo hæc non suspenditur, cessat quoq; ipsa Legis ratio. Deinde quamvis (2) concedamq; causam in summariisimo possessorio celeriter & quasi in momento expedientam, hoc tamen momentum moraliter intelligendum cum aliqua latitudine, ita vt nihil, quod ad iustitiam causæ indagandam necessarium est, omittratur. Ut adeo hic etiam locum habeat illud: *Festina lente.* Nam properandum quidem est, ne lites fiant immortales, sed tamen nihil etiam negligendum quod ad exactam causæ cognitionem necessarium est. Ceterum appellatio ipsa non diu morabitur processum, si non culpa iudicium & Aduocatorum lis, vt communiter fit, nimium proteletur. Ad sequentem rationem contra-

Gindor, amiq; seorsim lata sunt. Dicitur, quod sententia

riæ sententiaæ, quæ supra (3) adducta, responsio petenda ex iis quæ §. præcedenti diximus; porest enim sæpi si me casus existere, ut causa postea, ob defectum probationis, in pètitorio vel etiam possessorio ordinario retrahari nequeat; ut adeo læsus per sententiam in summarissimo latam, si appellatio in rotum reiiciatur, quam maxime grauetur. Nec (4) metus armorum hic quidquam efficit; dum enim sententia ad executionem deducitur, nec per hanc appellationem suspenditur, eo ipso simul metus ille euanescit & cessat, quamvis postea causa ad superiorem deuoluatur. Quod autem (5) ad illam rationem attinet, quod sententia in possessorio sit interlocutoria: hic non multum circa hanc litem Doctorum hærebimus, vtrum talis sententia definitua an interlocutoria dicenda? Recte omnino rem decidit Dn. Berger *d. Diff. §. 32.* vbi dicit, vt iamque sententiam defendi posse, si recte explicetur, nempe esse talem sententiam interlocutoriam, ratione causæ principalis & causæ proprietatis, sed esse definitiuan, ratione possessionis præsentis. Cum autem hoc respectu definitiua sit, vtique admittenda appellatio. Si vero maius eam dicere interlocutoriam, respondeo, dubium tamen non esse quin sæpe causa possessionis causæ proprietatis magnum præjudicium adferat. Ast hoc casu & iure ciuili admittitur ab interlocutoria appellatio, cum damnum irreparabile contineat *L. 7. §. 2. in fin. de Minor. L. 2. ff. de appellat. recip.* De iure Saxonico vero res manifesta est Berlich. *P. 1. Concl. 50. n. 46.* Richter *P. 3. Dec. 124. n. 4.* Quod vero tandem (6) praxim Cameræ concernit, inquirendum esset, annon illa praxis ex male intellecta Lege nostra per errorem introducta, quo errore detecto, vtique iterum reformanda Quod enim non ratione introductum, sed errore potius, obtine-

nere non debet. L. 39. ff. de LL. Deinde nec Cameræ præxis vniuersaliter recepta in toto Imperio, nec per se ius facit. Vti & nostra sententia præxi Saxonie maxime Eleitoralis conuenientior videtur, per ea quæ tradit Dn. Berger. d. I. §. 36.

§. XXVI. In eo tamen conueniunt omnes, quod appellatio quoad vtrumque effectum tam suspensuum quam deuolutiuum admittenda sit, si sententia damnum irreparabile contineat. Tiber. Decianus Vol. 4. Rep. 76. n.

Quid si damnum irreparabile inferatur, sententia.

3. Surdus Dec. 36. n. 13. Quo Maranta in tr. de Ord. Iud. p. 6. n. 30. in specie eiusmodi lites refert quæ super possessio- ne nemorum vel similiū rerum inter communiones agitantur: cum plerumque ibi, propter longæuitatem temporis, probationes deficiant, quibus in petitorio limi- tes & distinctiones territoriorum liquido demonstrari possint. Ut adeo reuera damnum irreparabile illis crea- retur, si appellatio ipsis reiceretur. Vnde etiam, ob ean- dem rationem, in possessorio momentaneo cum petitorio cumulato appellationem admittunt Doctores vid.

Carpz. Lib. I. Rep. 14. & infra §. XXXI.

§. XXVII. Nunc etiam videndum est de ea quæ- stione inter Doctores disputata, an ab interlocutoria sen- tentia in possessorio summařissimo recipiatur appelle- ratio. Non possumus autem non mirari multos ex iis qui a definitua non admittunt appellationem, eam ta- men admittere ab interlocutoria, quos inter est Ger- hardus Pfankuch d. tract. c. 18. n. 32: aliique ab eo n. 31. citati, qui afferunt appellationi locum esse, quando v. g. iudex nollet admirtere exceptiones meas, vel aliter interloquendo notorie grauaret. Nos vero hic con- trariam sententiam amplectimur, regulariter negan- do admetti debere ab interlocutoria appellationem, cum

O nos A  
An valeat  
appellatio  
ab interlo-  
cutoria in  
Summařis-  
simo.

enim illa nō facile in petitorio admittatur, extra Saxoniā, quomodo in summiſimo iure admitti potest? Interim tamen si totius negotii momentum ab illa sententia interlocutoria dependeat, & damnum alicui irreparabile inferatur, puto & hic appellationem admitti debere.

An leuteratio  
in sum-  
mariifimo  
locum habe-  
at,

§. XXVIII. Iam videamus de leuteratione, an illa in possessorio summiſimo admittenda sit in Saxoniā? Communis sententia est quod non. Dn. Schwenden-dörffer ad Fibig. Proc. p. 2. c. 1. m. 2. Seſt. 3. §. 3. lit. O. Carpzov. p. i. conf. 19. d. 24. item lib. 1. Rcp. 13. & in Proceſſ. tit. 17. art. 4. n. 16. ſeqq. Rauchbar. p. 2. qu. 6. n. 8. & ſeqq. Quorum sententia utique & iure & ratione nititur, si enim appellatio non permittenda quoad vim ſuſpensiua, nec leuteratio locum habebit, hæc enim tantum vim ſuſpensiua habet, nec causam ad ſuperiorē deuoluere potest. Excipiunt tamen iterum Docto- res grauamen irreparabile Bernh. Græu. l. 1. Concl. 7. Confid. 2. n. 8. Carpz. in Proc. d. l. n. 28.

Annon O-  
berleuteratio  
quandoque  
admittenda,

solani de  
nisi rati-  
onem  
admit-  
tenda.

§. XXIX. Hac occaſione non immerito queri-  
tur, quid dicendum sit de caſu, si caſa ſummiſimi  
mi poſſessorii, non coram inferiori ſed ſuperiore judi-  
ce tractetur, a quo appellari non potest, cum enim ibi  
alias loco appellationis concedatur oberleuteratio, du-  
biūm est annon & hæc admittenda? Putamus affir-  
mandam eſſe quæſtionem, ne huius deterior conditio  
ſit quam illius, qui coram iudice inferiori litigat. Cum  
itaque oberleuteratio hic ſit loco appellationis, eadem  
grauato concedenda, ſed ea ratione qua alias appella-  
tio admittitur, vt interim ſententia executioni detur  
in ſummiſimo, poſtea vero eadem cauſa denuo-  
cognoscatur. Quamuis enim hic non poſſit dici effe-  
ctus oberleuterationis deuolutitus, quem nulla leute-  
ra-

ratio habet, permittendum tamen ut causa, de novo cognoscatur ac ita æqualitas ubique obseruetur; ut ita in effectu in agis reuasio sit.

**§.XXX.** In processu sumariissimo etiam inhibitionibus penalibus procedi, supra dictū est; quæritur autē an ab inhibitione appellari possit? Et hoc communiter negant Doctores & recte, quia nihil adhuc præiudicij, per inhibitionem alterius infertur, sed semper friuola est appellatio, cum alter possit causam suam in termino deducere. vid. Carpz.

An ab inhibitionis cassatoria vel confirmationaria admittatur appellatio.

in Process. tit. 17. art. 4. n. 24. 25. Verum si postea inhibition illa fuerit vel cassata vel confirmata per sententiam, admittunt appellationem, & ita simul quad effictum suspensuum. vid. Carpz. d. l. n. 26. 27. Reddit etiam Carpzius rationem diuersitatis; quia scilicet inhibitione confirmata poenam luere, inhibito onerosum, relaxata vero eam perdere, Fisco damnosum est, inde vel hujus intuitu admittendam appellationem, quia Dd. tories in momentaneo possessorio appellare permittunt, quoties sententia infert grauamen irreparabile, vel saltem quod difficulter reparari, potest. Verum hic primo perpendendum relinquo, an ita inhibitio damnum irreparabile inferatur, & annon facile poena exacta, si postea appareat iniustam fuisse inhibitionem, restitui possit, sed hoc nunc non vrgemus, cum utique quando per inhibitiones proceditur poena exacta restitui non soleat. Verum de altero casu, si sc. sequatur sententia cassatoria, & inhibitus cassata inhibitione a poena liberetur, quomodo hoc Fisco possit esse damnosum, non illico appetat. Quid enim Fisci interest in poena nondum ipsi pleno iure acquisita? Quis ergo hic appellabit, an Fiscus? hoc sane non videtur. An altera pars? sed haec ob cassaram inhibitionem appellabit non ob poenam alteri remissam.

**§.XXXI.**

32<sup>o</sup> CAP. III. DE VERBIS, SENSY RATIONE, &c. LEGIS.

An appellatio permitenda si summa-  
riissimo junctum petitorum.

An Refit. in  
integrum,  
querela nul-  
litatis &c.  
admittenda.

An in causis  
Cambialibus  
admittatur  
appellatio.

Conclusio  
dissertatio-  
nis.

§. XXXI. De eo etiam dispiciendum est quod Carpzouius d. l. n. 32. seqq. admittat appellationem in summarissimo, si hoc cum petitorio fuerit cumulatum, causamque proprietatis habeat annexam, qui tamen alias in summarissimo appellationem non admittit. Verum loquitur Carpzouius de casu si super ipso petitorio fuerit iudicatum & sic cum nihil dubii res habeat hoc transeat. Interim cum ita non appelletur contra sententiam in summarissimo latam, sed contra eam quae in petitorio lata, non debebat hoc casu exceptio a regula formari.


§. XXXII. Quod autem de leueratione supra dictum est, eam in summarissimo non admittendam esse, queritur an idem obtinere debet at in remedio restitutionis in integrum & nullitatis? Et videtur diendum quod non, quia hec remedia vim deuolutiū non habent, pariter ut leueratio. Ait nihilominus contrarium defendimus. Cum notissimum sit, haec remedia, quamvis regulariter effectum suspensuum tantum habeant, tamen admitti quandoque, etiam si sententia executioni mandetur, vt scilicet de novo causa cognoscatur, & ita sententia pariter & excusio retractetur. vid. de refut. in integr. cap. 6. X. de Refit. Mov. p. 7. Dee. 57. n. I. Trentacinqu. Var. refol. 1. 2. refol. 2. de refi-  
tut. in integr. n. 12. de remedio nullitatis Clementin. i. de sentent. iij re  
iude Coler. proc. excut. p. 4. c. 1. n. 87. Vant. de Nullit. tit. 6. n. 29.  
Berlich. p. 1. concil. ii. n. II Non itaque video cur non hoc modo etiam in summarissimo admitti haec remedia debeant. Præterim cum ita intentio legislatoris, vt lata sententia eo citius executioni demandetur, & periculum armorum & violentie inter partes disceptantes evitetur, omnino obtineatur.

§. XXXIII. Pari ratione in causis cambialibus, cum literæ cam-  
biales a reo fuerint recognite, in continenti controversia cum parata  
executione a judice deciditur, nec appellatio altera, quam quoad effec-  
tum deuolutiū tantum admittitur, ita vt reus interim in custodia per-  
maneat, aut libellatam summam interim deponat, donec super appelle-  
tatione interposita cognitum fuerit vid. Recess. Imp. de anno. 1654. §.  
107. & Ord. Camb. Sax. Tit. XX. von Leuerungen und Appellationen  
n. 5. Nihilominus tamen priorem sentent. deinde vel penitus mutari se-  
pius, vel reformari salem quoad certum articulum, videamus.

§. XXXIV. Hec itaque sunt, que hac de re in praesenti loco  
Dissertationis inauguralis proponere volui. Non licuit ob alia nego-  
tia plus temporis huic rei dare, hinc vt L. B. omnia æqui bonique con-  
sulat, & in meliore partem interpretetur, summopere contendeo.

S. D. G.





**ULB Halle**  
005 569 893

3





# Farbkarte #13

| B.I.G.      | Black | 3/Color | White | Magenta | Red | Yellow | Green | Cyan | Blue |
|-------------|-------|---------|-------|---------|-----|--------|-------|------|------|
| 8           |       |         |       |         |     |        |       |      |      |
| 7           |       |         |       |         |     |        |       |      |      |
| 6           |       |         |       |         |     |        |       |      |      |
| 5           |       |         |       |         |     |        |       |      |      |
| 4           |       |         |       |         |     |        |       |      |      |
| 3           |       |         |       |         |     |        |       |      |      |
| 2           |       |         |       |         |     |        |       |      |      |
| 1           |       |         |       |         |     |        |       |      |      |
| 0           |       |         |       |         |     |        |       |      |      |
| Inches      |       |         |       |         |     |        |       |      |      |
| 1           |       |         |       |         |     |        |       |      |      |
| 2           |       |         |       |         |     |        |       |      |      |
| 3           |       |         |       |         |     |        |       |      |      |
| 4           |       |         |       |         |     |        |       |      |      |
| 5           |       |         |       |         |     |        |       |      |      |
| 6           |       |         |       |         |     |        |       |      |      |
| 7           |       |         |       |         |     |        |       |      |      |
| 8           |       |         |       |         |     |        |       |      |      |
| 9           |       |         |       |         |     |        |       |      |      |
| 10          |       |         |       |         |     |        |       |      |      |
| 11          |       |         |       |         |     |        |       |      |      |
| 12          |       |         |       |         |     |        |       |      |      |
| 13          |       |         |       |         |     |        |       |      |      |
| 14          |       |         |       |         |     |        |       |      |      |
| 15          |       |         |       |         |     |        |       |      |      |
| 16          |       |         |       |         |     |        |       |      |      |
| 17          |       |         |       |         |     |        |       |      |      |
| 18          |       |         |       |         |     |        |       |      |      |
| 19          |       |         |       |         |     |        |       |      |      |
| Centimetres |       |         |       |         |     |        |       |      |      |

D. B. V.  
VGVRALIS IVRIDICA  
DE

# ATIONE PENSIVAD

N  
MMARISSIMO  
sione,  
*ane a possessione fuerit  
latum*

AM  
NIFICENTISSIMO,  
CIPE AC DOMINO,  
O WILHELMO,  
CHIONE BRANDENBURGICO  
URGICI GUBERNATORE,&c.  
TRIS ICTORVM ORDINIS  
SIDE

LE STRYKIO, IC.  
AE SAXO-ISNACENS.  
ICO, PROFESS. PVBL.

VI h. t. DECANO  
RIDERICIANA,

CENTIA  
res & Priuilegia DOCTORALIA  
essendi

4. MDCCVI.

is ante & pomeridianis  
disquisitioni subiicit,

TTLIEB ROITZSCH,  
Miñicus.

Mr. Henckelii, Acad. Typogr.

Fr. Hartung Jun.